ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

De reditus tui ambiguo rumore lactabar, Clar.me Hugeni, imperatur sane
tamen Chartaceum legatum ire malui, ne si te longior mora tardaret, conce-
pta spe deciderem. Principis filius ad eam aetatem tendens, doctoris industriam
opus habere dicitur, ut per elementarias difficultates ad solidiorem doctrinam
provehatur. Director vero [?] totius machinae Atlas V. C. in aulam e
pulvere Academico transferendus. Sed quia puerilia balbutientis aetatis ad
autoritatem illius non pertinent, qui nobiliori curae praefectus V. C. multo
ante ad paedagogii aucupium tendere famae beneficio ad me venit, velut
rivales unius adspirationis non me fallunt. quippe Everardus Tonsorius [?]
qui tantum apud Elusanos [?] hacrede [?] quadriennio toto ad medica-
tum literariam provenit Principis tandem filium in hoc curriculo expediri laborat.
neque male illi jacta alea, qui Comitis [?] patrocinio literario
ex [?] superbus venit, Spartham hinc insidias struit, uxorem Prin-
cipis deliniere avidus. Cujus farinae genius indigitetur, mihi non V. C.
presso vestigio indagari; hoc mihi ab antiqua notitia obhaeret, moribus
alibi dum in desertum abire, velut ex literariae [?] eruditionis pon-
dere nondum satiavit. quod primatis documentis lucem accendere nequit,
vel saepe publico specimine nullius votis indulsit. Neque V. C. in vul-
gi traducere, quod mundi theatrum intrare meretur, in scholastico pulvere
circumscriptam eruditionem. Sed quid indagini tuae commissa praefinire
contendo? dum fundem [?] ad aras tuas adduco ut dispicias quantum collati-
onis aequilibrio filii mei dotibus aequipolleat. Nisi pennulionis [?] exilita-
tem C. olorum [?] sublimitate superari nequeunt, nec spero me profiteor quantum
in rebus eruditis sit. multis vero parasangis superiorem filium severiori
indagini trades, ne usquam
* fallat eadem regula raro.

[left margin: eadem]

Si omnibus numeris absolutum invenies, suffragiis tuis dum [?] ag-
gredior, ut in Principis Aula experimentis reum se probet. Facio et
Principis filium bene collato aere inertiam abjurat et filio meo in novum
florem fortuna adolescat, cuius deinde reflexu paterna quoque desidia
irradiari queant. una enim fidelia duos parietes dealbabis, si in filio do-
mesticae necessitates defendere pergent. quid? quod te quoque bigis illis
assumptitium reddes, qui gloria non intermoritura celebrabuntur, quod expurga-
tis moribus juvenem in Principis satellitium atque haeredis utilitates
[?]. De Latii et Graeciae [?] rebus, atque in ipsis filii pro-
fectu, contractiore stylo commemoror, quod et secundae Centuriae calcem
non uno specimine ornatum intelligis, atque foris etiam propria mon-
de partis experimentis lectioni tuae satis factum non diffiteberis. Reli-
quum V. C. ut in oblato filio horologium capiat, ne rivalium occursu auli-
ca utilitas tardetur, qui patronorum favore non virtutum mangonio
[?] ambire solent. Vale Clar.me Hugeni. Hagae XVI. Cal.
Octob. Novemb. CIↃ.IↃC.XXXI.

Tuus Petrus Gruterus Medicus etc.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/640

Clar.mo viro Con-
stantino Hugenio Equiti
Dno, Zuylichemi ac Zuilichemi
venerando dno

par amis